



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Antidota Apostolica contra nostri temporis hæreses**

In quibus Loca illa explicantur, quæ Hæreticj hodie (maximè Caluinus & Beza) vel ad sua placita stabienda, vel ad Catholicæ Ecclesiæ dogmata infirmando ...

In Acta Apostolorum to. primus

**Stapleton, Thomas**

**Antverpiae, 1595**

32. Erant illis omnia communia.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-39424**

rogatur. Sed eos qui currunt nemine mitente, ista verba ad currendum non prouocant.

## 32. Erant illis omnia communia.

**S**apienter obseruat S. Augustinus Christianorum ex Iudeis & Gentibus hoc in loco discrimen. *Iudei, inquit, quia proximi spiritualibus fuerunt, quia in signis carnalibus, quorum spiritualem intelligentiam nesciebant, unum tamen didicerunt venerari aeternum Deum, tam capaces extiterunt Spiritus Sancti, ut omnia sua venderent;* De doct. Christ. l. 2. cap. 6. *Monasti- cx vita origo.*

*eorumque precium indigentibus distribuendum ante Apostolorum pedes ponerent, seque totos dedicarent Deo. Non enim hoc ullam Ecclesias Gentium fuisse scriptum est, quia non iam propè inuenti erant, qui simulachra manu facta Deos habebant. Hac ille. De hac communi vita, qua postea ad paucos transiit monasticam vitam amplectentes, multa alibi Augustinus scribit in Psalm. 75. ad illa verba, *Vouete & reddite Dominino Deo vestro, & in Psalmū 93. ad vers. 1. & serm. 25. de verbis Apostoli. Corrumptunt hunc locum haeretici; & dum Anabaptistas refellunt, qui omnibus Christianis hoc vitæ genus necessarium esse præpostere dogmatizant, verum totius loci sensum peruerunt.**

*Ius & proprietas possessionis (ait Pomeranus) Proprie- tatis ab manebat in dominio posidētis. Coniuncti erant vt negatio amici sicut, quibus omnia sunt communia, ait Bul- ligerus. Liberaliter inter se viuebant, vt opes, gata, ab haer- eticis ne-*

D 5 fortunas,

fortunas, consilia, & studia inter se conferrent. Quibus subscribens Calvinus, quod Lucas ait,  
Nemo eorum, quae possidebat, aliquid suum esse di-

cebat, sic exponit: Nemo sibi priuatim suum habe-

bat, ut eo solus frueretur alijs neglectis; sed prout ne-

cesserat, para i erat in commune conferre.

Est ergo hæreticorum sententia, primos Christia-

nos, manete bonorum suorum proprietate,

in eorum communicatione liberales fuisse.

Proprie-  
tatis ab-  
negatio  
probatur.

Sed multis modis haec corruptela refellitur.

Primùm, quia agrorum & domorum posses-

sores omnia vendebant, & ad pedes Apo-

stolorum ponebant. Sic non solum domi-

nium translatum est, sed & viuis fructus ipsa

distributio. Deinde, sic erant omnia cōmu-

nia, ut nemo suum aliquid esse diceret: ergo aut

nulla mansit proprietas, aut metiebantur.

Tertio, Ananias & Sapphira damnantur

proximo capite quia fraudarunt de precio agri,

aliquam partem sibi retinentes. At nulla

fraus est, quod suum est, retinere: nulla ergo

mansit proprietas. Quartò, Petrus Anania

dixit, venundatum erat in tua potestate, scilicet

antequam ad pedes Apostolorum precium

deponeret: ergo pretio iam deposito, non

erat amplius in eius potestate. Quinto, Gé-

tium Ecclesiæ in eleemosynis erga pauperes

Christianos erant valde liberales, ut Paulus

docet ad Rom. 15. Atqui quod hic Lucas

scribit, nullas Ecclesias Gentium fecisse D.

Augustinus loco citato verissimè scripsit.

C A P.